Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, SS. Th. D. Prof. & Facult. Senior Ad Exequias Quas Mellitissimae puellulae Annae Elisabethae von Gehren/ Filiolae desideratissimae, Parentes moestissimi paratas cupiunt Hodie ad horam med. 1. in templo Mariano Omnes omnium ordinum Academiae cives officiose & peramanter invitat

Rostochii: Kilius, 1650

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447428

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Cothman, J.,

in A. E. v. Gehren.

Rostock. 1650.

40

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447428/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447428/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447428/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447428/phys_0004
DFG

152.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Univerſitatis Roſtochienſis
JOHANNES COTHMAN,
SS. Th. D. Prof. & Facult. Senior

Ad Exequias
Quas
Mellitiſſimæ puellulæ
ANNÆ ELISABETHÆ
von Gehren /
Filiolæ deſideratiſſimæ, Parentes
mœſtiſſimi paratas cupiunt
Hodie ad horam med. 1. in templo
Mariano
Omnes omnium ordinum Academiæ cives
officiosè & peramanter invitat.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. L.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447428/phys_0005
DFG

CONſolationis plenum, atq; contra omnes mortis terrores efficax eſt illud Theodoreti, ex 1. Epiſt. ad Corinth. 15. effatum: CHRISTI RESURRECTIO EST VAS ET OBSES NOSTRÆ RESURRECTIONIS. Fieri enim non poteſt, ut ille vel mortem, vel ullas mortis minas expaveſcat qui VERE CREDIT, Salvatorem noſtrum JESUM CHRISTUM morte ſua, noſtram deſtruxiſſe, imo in ſuaviſſimum ſomnum convertiſſe, ſuaq; reſurrectione effeciſſe, ut nos de

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447428/phys_0007

glorioſa corporum noſtrorum ad vitam æternam reſurrectione, quam certiſſimi eſſe poſſimus. Quo enim, quæſo, pacto, is ad umbralitem mortis larvam trepidare aut conſternari poterit, qui INDUBITATA FIDE (indubitata, inquam, cum noſtro hoc ſeculo multis ſit fides dubia) credit, poſt hanc ærumnoſam, nobis reſervatam eſſe vitam ſine ærumna, longe hâc meliorem, ad quam animæ, à calamitoſo corporis conſortio diſſolutæ è veſtigio à ſanctis Angelis ad manus Dei creatoris transferantur; corpora autem, ubi nocivam illam mortalitatis luem ex Adami lapſu contractam, depoſuerint, *certò* ſint reſurrectura, ac ea quidem gloriæ luce circumveſtita, quam nec mortales oculi intueri, nec mentis, corporis ergaſtulo adhuc incluſæ anguſtiæ capere, ac ſatis digne meditari valeant? Non ſane is, qui è veteri ſqualore & ruinis horrida domo, in novam, ſplendidam, probè fundatam, & inhabitatu jucundam immigrare jubetur, breves moleſtias, quas loci affert mutatio, impatienter aut ægre ferre ſolet? nec exoletam, laceram & ſordidam veſtem exuere detrectat, is, cui nova, eleganter texta ac munda, quam induat, offertur. Quanta igitur foret vecordia, morbidam, ſordidam, omniq; vitiorum ac defectuum genere refertiſsimam corporis ſarcinam

malle,

malle, dummodo ad momentam hic vivere liceat, quam egregie valentem, ſplendidam, atq; omni cæleſtium bonorum copia affluenrem, reſuſcitati ex terræ pulvere corporis gloriam? Quod vero tam felix ac beatus animarum noſtrarum, poſt hanc vitam futurus ſit ſtatus, quodq; tanto cum fænore corpora noſtra, quæ per mortem, felici & lucroſa ſeminatione, terræ creduntur, olim reſurrectura ſint, é reſurrectione Dominica, ipſo Dei Spiritu teſte certiſsimum eſt. *Quemadmodum enim*, ut B. Auguſtinus docet, in Pſalmo 131, *non auderet corpus ſibi reſurrectionem promittere, niſi prius caput reſurgeret*; ita de ejusdem reſurrectione dubitare velle, poſtquam Chriſtus caput noſtrum devicta morte, atq; fractis inferni clauſtris, glorioſé reſurrexit, manifeſtum perfidiæ argumentum foret. Hoc probe olim intellexerunt ac pie crediderunt, Sancti Patriarchæ, Prophetæ & Martyres, qui ab omni adverſitatum, perſecutionum, ac ipſius etiam mortis terroribus, firmâ fiduciâ, é morte & reſurrectione Chriſti, de futura corporum ſuorum reſurrectione & gloriâ, conceptâ, planè invictos ſe præſtiterunt. Hâc communi omnium fidelium ſpe freti, floſculum hunc præſentem, præmaturè equidem decerptum, futuræ tamen reſurrectionis & æternæ vitæ cohæredem, terræ

 ho-

nobile mandamus ANNAM ELISABETAM von Gehren/ honeſtiſsimorum Parentum Filiolam nunc deſideratiſsimam. Nata hæc fuit Anno 1649. 28. Octobr. ipſo die Apoſtolorum Simonis & Judæ, quo die ſtatim S. Baptiſmatis lavacro eſt renata, & Eccleſiæ ſ. filia facta eſt Patrem exoſculata eſt. Dn. REINHOLDUM von Gehren/ J. U. L. Matrem vero MARGARETAM Schraders/ matronalium virtutum ornatu pulcherrimam fœminam.

Avus paternus (per Dei gratiam adhuc ſuperſtes) illi fuit, Ampliſsimus & Conſultiſsimus Vir, DN. REINHOLDUS von Gehren/ J. U. D. Reverendisſimo & celſisſimo Principi p. m. HULDARICO, Epiſcopo Butzovienſi, quondam à Conſilijs, ut & Ducalis judicij, Meklenb. Sternebergæ ADSESSOR ſpectatisſimus, jam vero inclutæ hujus Reipublicæ Syndicus gravisſimus optimeq; meritus.

Avia Paterna, AGNETA Clingen/ magni illius BARTHOLOMÆI Clingen/ J. U. D. & Illuſtrisſimorum Principum Meklenb. Conſiliarii intimi, nec non in hac noſtrâ Academiâ immortali cum laude, ad totos L. annos, eminentisſimi quondam Profeſſoris, quem Virum nominare, eſt laudare, dilectisſima Filia. Proavum Pater-

ternum habuit, ERHARDUM von Gehren/ Regiomontanum olim Senatorem venerandum. Proaviam vero maternam, MARGARETAM Krones/ ex præclara & famigeratiſsima der Kronen Familia oriundam.

Abavus JOHANNES, & Atavus NICOLAUS von Gehren/ apud Regiomontanos in Boruſsia, Conſulari dignitate fuere Viri maxime conſpicui.

Materuus Avus illi fuit, Dn. FRANCISCUS Schrader/ Patricius Brunſwicenſis, hujus urbis olim Senator. Avia autem Materna, MARGARETA Schraders/ WINHOLDI Sibrandes/ J. U. D. & in Dania quondam Cancellarij, relicta filia. Proavus maternus HEINRICH Schrader/ Reipubl. Brunſwicenſis Conſul.

Tantam tamq; præclaram Proſapiam, ſuam agnoſcit, ſalvatori omnium Maximo nunc aſſociata ANNA ELISABETHA, quæ ſine dubio, ſi Deo fuiſſet viſum, ut vitali ad maturitatem aurà frui debuiſſet, Origine ſua indolem ſuo tempore oſtendiſſet non indignam. Verum, poſtquam Deo ita placuit, ut cum hac properaret ad feliciorem & beatiorē vitā, male cæpit habere, & ἀσιτίᾳ fermè continuà, poſtquā diu laboraſſet, placida morte ex hac miſeriarū valle liberata eſt chara hæc animula, 23. Septemb. Anno 1650. ætatis. 10. menſiū & ſeptimanarū trium.

Vos

Vos omnium ordinum Academiæ noſtræ Cives, peramanter rogatos, volo, ut in honorem præclaræ hujus Familiæ, & mæſtisſimorum Parentum ſolatium, exequias hodie eatis frequentes. Valete & ſeliciter agite.

P. P. Roſtochij dic XXVI. Sept. Anno 1650.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447428/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447428/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447428/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447428/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447428/phys_0016
DFG

ternum habuit, ERHARDUM … hren/
Regiomontanum olim Senatorem … dum.
Proaviam vero maternam, MA… TAM
Krones/ ex præclara & famigerat… Kro-
nen Familia oriundam.

Abavus JOHANNES, & Atavu… AUS
von Gehren/ apud Regiomontan… uſſia,
Conſulari dignitate fuere Viri max… picui.

Materuus Avus illi fuit, Dn. … CUS
Schrader/ Patricius Brunſwicen… urbis
olim Senator. Avia autem Mater… GA-
RETA Schraders/ WINHOLD… ndes/
J. U. D. & in Dania quondam C… j, re-
licta filia. Proavus maternus HEI… chra-
der/ Reipubl. Brunſwicenſis Con…

Tantam tamq; præclaram Pr… ſuam
agnoſcit, ſalvatori omnium Max… aſſo-
ciata ANNA ELISABETHA, q… ubio,
ſi Deo fuiſſet viſum, ut vitali ad m… n au-
rà frui debuiſſet, Origine ſua ind… tem-
pore oſtendiſſet non indignam. … poſt-
quam Deo ita placuit, ut cum hac… et ad
feliciorem & beatiorē vitā, male … re, &
Δυσεντερίᾳ fermè continuà, poſtquā… aſſet,
placida morte ex hac miſeriarū v… ta eſt
chara hæc animula, 23. Septemb. A… ætatis.
10. menſiū & ſeptimanarū trium. … Vos